

wild animal driven from its lair. These sheep are frightfully fearless of the precipices; they appear to have excellently safe feet, and no idea of the extreme danger that surrounds them. That the danger is not ideal is proved by their skeletons, seen bleaching on the sides of the mountain in every direction.

(To be continued.)

ART. XI.—*Essay on Parasitic Hymenoptera,*

By A. H. HALIDAY, M.A.

(Continued from p. 59.)

Sp. 17. R. Col. decorator. Fem. *Testaceus antennis basi, palpis pedibusque silaceis; puncto verticis thoracisque lituris metathorace abdominisque segmento 1^{mo}. nigris; terebra $\frac{2}{3}$ abdominis longitudine.* (Long. corp. 2; alar. $4\frac{1}{2}$ lin.)

Caput latum, pallide testaceum, puncto vertices nigro, mandibulis apice fuscis: ocelli protuberantes: antennæ corpore longiores, graciles, 38-articulatæ; fuscæ, basi subtns, articulis 1^{mo}. 2^{do}. que totis pallide flavis: thoracis dorsum fuscum aut nigricans, plaga media testacea antrorsum bifida: sulculi impunctati ante scutellum in depressionem lævem effusi: scutellum apice rufescens metathorax niger subnitidus, vage punctulatus, pubescens, linea media elevata parum conspicua: pectus testaceum puncto fusco sub alis: abdomen oblongo-ovatum, segmento 1^{mo}. nigro, 2^{do}. 3^{tii}. basi, 7^{mo}. 8^{vo}. ferrugineis, reliquis subfuscis. Segmentum 1^{um}. fere duplo longius quam latius, antrorsum seusim attenuatum, nitidum, vage punctato-rugulosum; reliqua lævissima: pedes pallide flavescens, tarsi apice, posticis totis tibiisque iisdem apice subfuscis: alæ longæ, hyalinæ radice et squamulis flavo-ferrugineis, stigmatate fusco: stigma elliptico-lanceolatum cubitum perpaulo ante medium excipiens: alæ posticæ areola brachialis-posterior $\frac{1}{2}$ anterioris brevior.

Habitat inter quercus cæduas mihi lectus in convalle *Cartland Craigs* dicta, prope fluenta Cluthæ.

Sp. 18. R. Col. hariolator. Fem. *Testaceus antennis basi, palpis pedibusque silaceis; capite thoracis lituris, metathorace abdominisque segmento 1^{mo}. nigris; terebra $\frac{2}{3}$ abdominis longitudine.* (Long. corp. $1\frac{1}{2}$; alar. $3\frac{1}{2}$ lin.)

Præcedente dimidio minor sed statura et sculptura absolute similis, nisi caput paulo minus videatur: hoc totum nigro-piceum, ore testaceo; pectus fusco-testaceum lineola media punctisque nigris, litura picea insuper sub alis. Tibiæ posticæ totæ fuscescentes: reliqua præcedentis.

Habitat in Anglia lectus semel: *F. Walker.*

Sp. 19. R. Col. catenator. Fem. *Niger nitidus antennis basi, palpis, pedibus (abdominisque limbo laterali) silaceis; stigmatе fusco; abdominis segmento primo et 2^{di}. basi lineâque hujus apicem definiente rugulosis; terebra $\frac{1}{4}$ abdominis longitudine.* (Long. corp. $1\frac{1}{2}$, $1\frac{3}{4}$; alar. 3— $3\frac{1}{2}$ lin.)

Caput et thorax lævissima nitida albido-pubescentia. Occipitis margo superus tenuissimus: antennæ circiter 33-articulatæ fuscæ basi flavescentes: mesothoracis sulculi subtilissimi impunctati: metathorax declivis crebre punctulatus et pubescens, spatiis nonnullis lævigatis: abdomen thorace paulo longius et vix latius oblongo obovatum: segmentum 1^{mum}. obconicum latitudine apicis fere sesquilongius, circa medium subtiliter tuberculatum rugulosum linea elevata longitudinali antrorsum bifurca: segmenta reliqua breviora, longitudine parum decrescentia, 2^{dum}. basi rugoso-striatum margine laterali et postico lævigatis, 3^{um}. a secundo linea crenata discretum; reliqua lævissima ante marginem albido-ciliata, margo lateralis segmentorum 2^{de}—5^{ti} flavescit in uno exemplari, in alio vero piceus est: pedes pallide flavescentes tarsis apice, posticis totis subfuscis: alæ hyalinæ radice et squamulis flavo-ferrugineis stigmatе fusco nervis pallidioribus: areolæ fere quales binis præcedentibus.

Habitat in Hibernia mihi semel lectus: alterum ex Anglia transmisit *F. Walker.*

Sp. 20. R. Col. funestus. Mas. *Niger palpis pedibusque sordide ochreis; abdominis segmento 1^{mo}. bicarinato, stigmatе fusco; nervo recurrente evecto.* (Long. corp. $1\frac{1}{2}$; alar. 3 lin.)

Antennæ corporis longitudine 32-articulatæ: palporum labialium articulus 3^{tius}. perparvus: caput, thorax subtilissime punctulati pubescentes: mesothoracis sulci oblitterati: metathorax obsolete areatus abdomen obovatum: segmentum 1^{mum}. basi angulatum dehinc in apicem fere aquilatum, sesquilongius quam latius carinulis duabus retrorsum parum convergentibus interstitiis punctulatis angulis apicis membranaceo marginatis: segmentum 2^{dum}.

basi punctulatum ; reliqua lævia breviora : pedes ochracei aut sub-fusci : alæ hyalinæ stigmatate nervisque fuscis : stigma crassum, ovato-lanceolatum, cubitum in medio fere excipiens : nervus recurrens areolæ cubitali secundæ insertus : alæ posticæ areola brachialis posterior $\frac{1}{2}$ anterioris longitudine. Species loci ambigui, etsi longe plurimis notis cum proxime præcedentibus conveniat.

Habitat in Anglia semel lectus. *F. Walker.*

Subgen. X.—CLINOCENTRUS.

Areolæ cubitales tres, 1^{ma}. nervum recurrentem excipiens : abdomen oblongo-ovatum, segmentis 3 anticis magnis subæqualibus, 2^{do}. et 3^{tio}. imperfecte sejuncto, reliquis minutissimis : terebra exerta caput transversum.

Clinocentrus *A. H. H., Ent. Mag. I. 266.*

Rogas spp. et *Bracon* spp. *N. ab. E.*

Hi transitum parant in *Rogades* genuinos quarum alæ conformes, sunt modo angustiores, stigmatate tenuiore : quoad corporis staturam *Clinocentri* breviores sunt, capite latiore, palpibus brevioribus, sculptura corporis subtiliore, abdominis ambitu subovato, incisura 2^{da}. obsoletiore, terebra longiore. Segmentum 1^{num}. abdominis in *Rogadibus* prope basin, in his versus medium fert tubercula.

Sp. 21. R. Cl. excubitor. *Niger, ore, orbita, pectore, lineola ante alas pedibusque testaceis ; abdominis basin rugulosi segmento 1^{mo}. obconico. Fem. Terebra $\frac{2}{3}$ abdominis longitudine. (Long. corp. 2, 2 $\frac{2}{3}$; alar. 4 $\frac{1}{2}$, 5 $\frac{1}{2}$ lin.)*

Caput nigro-fuscum ore, clypeo, orbita testaceis ; palpus pallidioribus : antennæ corporis fere longitudine, circiter 33-articulatæ, articulis 2 baseos pallide testaceis : thorax niger, margine prothoracis ante alas pallide ferrugineo ; pectus fusco-testaceum : abdomen obovatum nigrum, segmento 1^{mo}. et 2^{do}. rugolosis interstitiis punctatis ; 3^{tio}. punctato-ruguloso, margine laterali summo nonnunquam fulvescente ; reliquis sublævibus : segmentum 1^{num}. apice quam basi fere duplo latius, latitudine apicis vix duplo longius, linea media elevata antrorsum bifurca : pedes pallide testacei : alæ hyalinæ radice et squamulis pallide testaceis : stigmatate fuscis basi pallido : *maris* abdomen angustius ; segmenti 2^{di}. et 3^{tii}. limites adhuc magis deleti ; *variat* hic plagâ sordide rufescente ante scutellum.

Adnot.—Discrimen certissimum a binis sequentibus ex abdominis sculptura rudi.

Habitat in lucis umbrosis Angliæ, Hiberniæ.

Sp. 22. R. Cl. cunctator. *Niger, ore, orbita, thoracis antici lituris, abdomine postice, pedibusque testaceis; abdominis basin striate segmento 1^{mo}. obconico.* Fem. *Terebra* $\frac{2}{3}$ *abdominis longitudine.* (Long. corp. $1\frac{1}{2}$ —2; alar. 3—4 $\frac{1}{2}$ lin.)

Precedenti affinis, differt præcipue abdominis sculptura: segmenta 1^{um}. et 2^{um}. subnitida sunt concinne striata, interstitiis haud punctatis; reliqua sordide testacea vel fusco inumbrata, 3^{tium}. subtilissime *transversim* aciculatum, sequentia fere lævigata: venter pallide testaceus: caput testaceum facie sub antennis, verticis medio et occipitis limbo fuscis: thorax antice cum pleuris et pectore testaceus, lituræ tres dorsi confluentes fusca: meta-thorax niger punctato-reticulatus, nec areatus: pedes pallide testacei: alæ hyalinæ stigmatè pallide testaceo, apice fusciscente: *mas* differt abdominis segmentis posterioribus minus abbreviatis et latius lævigatis, nonnunquam alarum nervis exterioribus incrassatis.

Habitat in nemoribus umbrosis Hiberniæ occidentalis minus frequens.

Sp. 23. R. Cl. umbratilis. Fem. *Niger, ore, orbita, pectore, thoracis antici lituris, pedibusque testaceis; abdominis basin striati segmento 1^{mo}. fere lineari; terebra* $\frac{1}{2}$ *abdominis longitudine.* (Long. corp. $2\frac{3}{4}$; alar. 5 lin.)

Præcedenti iterum sculptura similis, sed abdomen longius et angustius; segmentum 1^{um}. antrorsum vix attenuatum, latitudine apicis plus duplo longius: hoc et secundum striata, tertium vage punctatum punctis in strias irregulares subtilissimas, versus latera *transversim* ductas, diffluentibus, hujus segmenti margo lateralis summus rufescit; dorsum reliquum nigro-fuscum; venter testaceus.

Habitat, cum præcedentibus, semel lectus.

Sp. 24. R. Cl. vestigator. *Niger, ore, orbita, pedibusque testaceis; abdominis basi rugulosa; mas stigmatè toto fusco.* Fem. *Terebra* $\frac{1}{3}$ *abdominis longitudine.* (Long. corp. $1\frac{1}{2}$ —2; alar. 3—4 lin.)

Præcedentibus brevior, metathorace crassius rugoso: antennæ, 27-articulatæ: abdomen brevius ovatum segmentis 2 anticis, nonnunquam 3^{ti} basi, rugulosis; reliquis lævigatis, nigro, piceis; terebra *feminæ* quam illis plus duplo brevior, validior, subclavatus: alæ hyalinæ, stigmatate paulo crassiore, fusco basi pallido, in *mare* toto nigro-fusco.

Variat abdominis segmento 3^{to}. lateribus testaceo, medio fusco.

Variat—*Mas* scutelli apice fusco.

Variat—*Mas* sculptura subtiliore, capite nigro facie pallide testacea.

Habitat Angliam, Hiberniam, cum præcedentibus; minus frequens.

Adnot.—In hoc subgenus referendi sunt præterea.

Rogas exertor, N. ab E. Monogr. I. 207. No. 10, (quem ne cum specie nostra 23^{ta}. jungerem obstitit rubedo clara pedum,) et *Bracon orbitator*, ibid. 91. No. 52, Species Italica a Specie 21^{ma}. thorace toto nigro; a Sp. 24^{ta}. terebræ longitudine discrepans.—Etiam *Rogas luteus*, N. ab E. Mon. 218. No. 26, propter segmenta 2^{dum}. et 3^{ti}um. fere, connata et terebram exertam transitum ex his in *Rogades* Genuinos perducere videtur.—*Bracon uncinatus* vero Spinolæ, (Ins. Lig. II. 130. No. 19), quem Neesius cum *R. exertore* conjunxit, *Rogas* Genuinus foret ni fallor, propter segmenta anteriora abdominis medio carinata.

Subgen. XI.—ROGAS.

Areolæ cubitales tres 1^{ma}. *nervum recurrentem excipiens; brachialis posterior anteriorem longe superans; stigma lanceolatum: abdomen oblongum sessile, segmentis 3 anticis subæqualibus discretis, reliquis brevissimis; terebra recondita aut subexerta.*

Rogas *Curt. Br. Ent.* 512.

_____ *A. H. H. Ent. Mag.* I. 266.

**Rogas*, Sect. II. Gasteratores, N. ab E. *Act. Acad.* IX. 306.

_____ *Monogr.* I. 199. 206.

Bracon, Fam. III. Genuini _____ *Berl. Mag.* V. 30.

Bracon, Fam. II. *Spin. Ins. Lig.* II. 120.

Schizodes *Wesm. Mon. Brac. Belg.* 171.

Bracon, Spp. *Jurine.*

Bassus, Spp. *Fabr.*

Ichneumon, Spp. *Fabr.*

Corpus in his fere lineare, nusquam coarctatum: caput thoracis vix latitudine transversum, occipite parvo acute marginato, oculis

prominulis: antennæ corporis longitudine articulis flagelli plurimis, breviusculis, arcte contiguis: mandibulæ perbreves trigonæ porrectæ: labrum elongato-trigonum, epipharyngis apice angulum anticum truncatum reficiente: palpi longiusculi, labialium articuli exteriores longitudine subæquales: thorax subcylindricus, mesothoracis sulculis inconspicuis; metathorace haud distincte areato, linea media elevata: abdomen lineare aut lineari-obovatum; segmenta tria anteriora majora, longitudine plerumque decrescencia et latitudine crescentia, sæpe exculpta et linea media elevata; 2^{dum}. a 3^{tio}. linea profunde incisa sejunctum; reliqua brevissima cito decrescencia: terebra recondita aut subexerta: stigma lanceolatum est, cubitum in medio plerumque recipiens, nervus recurrens areolæ 1^{mæ}. cubitali insertus longe ante apicem; areola brachialis-posterior anteriorem longe superat (ut in *Microgastre*) ideoque postica disci multo brevior est in anticâ: nervus recurrens alæ posticæ perparvus sæpe evanescit: species plerumque majores sunt ut in hoc Genere et inter nostrates. De vita et indole nil fere traditum est. Species quædam e larva *Zygænæ Filipendulæ* Neesio prodibat.

SECTIO A. *Areola cubitali 2^{da} oblonga.*

Sp. 25. R. rugulosus. *Niger; pedibus crassis rufis, tibiis posticis pallidioribus, apice tarsisque iisdem totis nigris; abdomine antice attenuato, postice lævissimo nitido.*
(Long. corp. $3\frac{1}{4}$ — $3\frac{2}{3}$; alar. $5\frac{1}{2}$ —7 lin.)

Rogas rugulosus, *N. ab. E. Monogr. I. 209. No. 13.*

*Bracon id. ————— *Berl. Mag. V. 32.*₃₋₄ No. 49.

Antennæ plusquam 50-articulatæ nigræ: palpi nigro-fusci aut rufopicei: thorax subtiliter confertim punctulatus: metathorax punctulato rugulosus: abdomen antrorsum magis attenuatum quam sequentibus; segmenta posteriora et etiam minus abbreviata sunt, postrema vero in *femina* compressa: segmenta 1^{mum}. et 2^{dum}. striata sunt et inter strias punctulata 3^{tium}. basi tantum intricatim punctatum, hoc apice et reliqua lævissima nitida vage pubescentia: pedes validi sunt tarsique breviores et crassiores quam in ulla alia specie: coxæ omnes rufæ; femora postica apice subinfuscata: tarsi anteriores apice, postici totis cum apice tibiarum earundem nigri: alæ solito majores hyalinæ cinerascens, radice et squamulis ferrugineis, vel harum puncto fusco, nervis et

stigmatē fuscis: stigma apice solito magis attenuatum; areola radialis angustior: nervus brachiali-recurrens anterior valde obliquatus est: nervus recurrens alæ posticæ fere deletus: *maris* abdomen gracilius apice lenius attenuatum.

Var. a.—Abdomine toto nigro.

Var. β.—Litura picea, mox in fasciam rufam ampliata segmenti 1^{mi}. apicem 2^{dum}. vero totum ad summum occupante.

Var. γ.—Segmentis 1^{mo}. et 2^{do}. totis clare rufis.

Habitat Germaniam N. ab E.—Angliam, Hiberniam, autumnio non infrequens.—Apricatur in umbelliferis.

Adnot.—Sculptura hujus subtilior est quam cæteris nostratibus.^a

Sp. 26. R. nobilis. *Niger abdominis segmentis 1^{mo}. 2^{do}. et 3^{ti}. basi rufis; reliquis nigris, dense flavo-hirtis vitta media et margine nitidis: pedibus rufis, femoribus tibiisque posticis tarsisque apice nigris.* (Long. corp. 2 $\frac{4}{5}$; alar. 5 lin.)

R. nobilis. *Curt. Br. Ent.* 512. No. 8.

Antennarum scapus niger, flagellum piceo-rufum apice nigricans: os rufo-ferrugineum, palpi pallidiores: collare et propectus, abdominis segmenta 1^{mu}m. 2^{dum}. et 3^{ti}. basis, pedesque rufo-ferruginei; segmentum 1^{mu}m. base nigro-maculatum, segmenta posteriora citius abbreviata quam præcedenti, confertissime punctulata villis densis flavis decumbentibus obtecta, margine postico segmenti singuli et vitta longitudinali lævi intente: pedes perpaulo

^a Sp. 25.^b R. tricolor. *Rufus, metathorace, antennis pedibusque nigris; abdominis segmentis 1^{mo}. et 2^{do}. albis basi nigro-maculatis, reliquis nigris margine albo; alis fuscis basi subhyalinis.* (Long. corp. 3 $\frac{1}{2}$; alar. 7 $\frac{1}{2}$ lin.)

Caput, thorax antice, cum pleuris et pectore lævissima nitida rufa: mandibulæ apice nigro-piceæ, palpi picei basi rufi: antennæ circiter 66-articulatæ, nigræ: metathorax rotundato declivis, subtiliter punctulatus, niger nitidus: abdomen thoracis latitudine; segmentum primum, antrorsum sensim attenuatum et secundum punctulata, linea media elevata, alba illius macula magna scutiforme baseos, hujus macula multo minora nigra; segmenta reliqua nigra margine postico albo: venter albus, segmentorum 1^{mi}. et 2^{di}. macula communi nigra utrinque, 3^{ti}. macula magna biloba, reliquis basi nigris: pedes nigri: alæ fuscæ, basi subhyalinæ, nervis fusco-limbatis, stigmatē fusco, radice et squamulis pallide rufis: areolæ fere ut in nostratibus antica disci parum remota: terebra recondita.

Habitat Australasiam: communicavit F. Walker.

Adnot.—Propter sculpturam læviorem quam in nostratibus, hæc species primo aspectu pro *Bracone* accipi posset, a quo genere tamen longe distat.

graciliores quam præcedentis, validiores quam reliquis : tarsorum articulus ultimus tantum niger, etiam femorum et tibiæ posticorum apex : alæ breviores, cinerascenti-hyalinæ radice et squamulis flavo-ferrugineis nervis stigmatæque fuscis : areolæ fere ut in præcedente : alæ posticæ nervus recurrens obsoletus.

Habitat in Hibernia boreali mihi semel lectus.

Sp. 27. *R. gasterator*. *Niger abdominis* 1^{mo}. et 2^{do}. segmento, 3^{ti}. basi pedibusque rufis; abdominis apice lævi nitido. (Long. corp. 3—3½; alar. 5½, 5¾ lin.)

Rogas *Gasterator* . . . *N. ab E. Monogr.* I. 212. No. 18.

**Bracon* id. *Jurine, Hym.* Tab. VIII. Fig. 5.

Id. id. *Var. III. Spin. Ins. Lig.* II. 121. No. 14.

Femina sola quæ adest differt a plerisque sequentibus tarsis brevioribus crassioribus : mandibulæ rufæ sunt, palpi picei apice rufi : antennarum flagellum basi piceo-rufum : collare rufum : abdominis segmenta anteriora rugulosa, 1^{mum}. et 2^{dum}. tota, 3^{tium}. basi rufa; reliqua nigra nitida subtilissime punctulata flavo-pubescentia in apicem rotundatum cito abbreviata : pedes rufi, tarsorum apice solo fusco : alæ subhyalinæ radice et squamulis ferrugineis, stigmatæ flavo-testaceo apice infuscato.

Mas ab *F. Walker* transmissus e Gallia meridionali congruit quidem abdominis apice lævi sed in multis discrepat : thorax niger : abdominis segmenta 1^{mo}. 2^{dum}. tota, 3^{tium}. basi rufa : pedes rufi, coxis et trochanteribus superis, femorum et tibiæ posticorum apice nigris, tarsis fuscis : alæ ut in sequente.

Habitat Italiam, Germaniam, Helvetiam. *Auctt.*

Sp. 28. *R. geniculator*. *Niger abdominis segmento* 1^{mo}. apice 2^{do}. toto, 3^{tio}. basi rufis; pedibus rufis; abdominis apice punctulato. (Magnitudo præcedentis.)

*Rogas *geniculator*. . . . *N. ab E. Monogr.* I. 211. No. 16.

Bracon rugulosus, Var. β. ——— *Berl. Mag.* V. 33.

Hujus tantum bina exemplaria vidi, quæ præcedenti perquam similia, tarsis longioribus, abdominisque apice subopaco discrepant : *mares* ambo in altero : segmenta 1^{mum}. et 2^{dum}. rufa sunt, illius tantum maculæ baseos nigra, 3^{tii}. basis concolor : pedes rufi, coxis anticis basi, femoribus tibiisque posticis apice nigricantibus; tarsi fuscis annulis rufescentibus : palpi picei : alæ

fumato hyalinæ radice ferruginea, squamulis subfuscis stigmatè brunneo puncto baseos pallidiore areola cubitalis 2^{da}. brevior quam in *R. ruguloso*: in altero segmenti 1^{mi}. margo posticus et 2^{dum}. totum rufa sunt, reliqua nigra: pedes rufi, coxis anticis totis, femoribus tibiisque posticis apice, tarsisque nigris: palpi picei.

Habitat Italiam, Germaniam N. ab. E. Ubique rarior esse videtur: exemplar in Cæsaria Insula, et alterum in Anglia lectum transmisit *F. Walker*.

Adnot.—De tribus proxime præcedentibus quid dicam nescio: mirum foret unam speciem tantas formæ, coloris et sculpturæ mutationes subire: itaque seorsim exhibui in præsens, dum melior copia exemplarium dubia solvat.

Sp. 29. *R. alternator*. *Rufus, capite, thorace et abdomine postice, pedumque posticorum geniculis nigris; abdominis apice punctulato.* (Long. corp. 3; alar. 5½ lin.)

**Rogas alternator*. *N. ab E. Monogr. I. 213. No. 20.*
—— balteatus. *Curt. Br. Ent. No. 12 et Fig.*

Caput cum antennis nigrum, orbita postica et scapi basis piceæ, palpi nigro-picei (secundum *Neesium* testacei): thorax rufo-testaceus, scutelli apice, metathoracis dorso et pectore nigris: abdomen oblongum, nec basi attenuatum, segmentis anterioribus rugulosis linea media elevatâ, posterioribus punctulatis; 1^{mo}. et 2^{do}. rufo-testaceis, illius basi nonnunquam nigro-maculata: 3^{tium}. vel basi rufescens, vel totum nigrum: pedes quam præcedentibus graciliores, sed validiores quam *R. testaceo*, rufo-testacei; femorum et tiliarum apice (saltem posticorum,) tarsisque fere totis fuscis: alæ cinerascens nervis fuscis.

Habitat Germaniam N ab. E.—Hiberniam borealem.

Sp. 30. *R. bicolor*. *Niger, capite, thorace antice, pedibusque rufis; abdominis punctulati, basin rugulosi, lateribus subsinuatis.* (Long. corp. 2½—3½; alar. 4½—5½ lin.)

Rogas bicolor. *N. ab E. Monogr. I. 213. No. 21.*

**Bracon id.* *Spin. Ins. Lig. II. 128. No. 18.*

Sculptura hujus crassior: metathorax reticulatus linea elevata distinctiore: abdomen late rugulosum, apice punctato opacum,

basi nonnil attenuatum, incisuris coarctatis (3^{tia}. præsertim;) segmentis intermediis utrinque prope stigmata leviter foveolatis postremis valde abbreviatis; linea elevata media usque in 3^{tium}. continuata: terebra subexerta: colores variant ultra modum: in *Genuinis feminis* rufa sunt caput, thorax antice cum scutello, pedesque; nigræ antennæ, pectus, metathorax et abdomen: tarsi, et nonnunquam genua postica, fuscis: alæ obscure hyalinæ, nervis fuscis, stigmate fusco-ferrugineo, basi pallescente; in *mare* præterea nigra sunt vertex medio cum genis, et scutellum.

Var. β.—Niger, ore, orbita, thoracis antici lineis, pedibusque rufis; femoribus tibiisque posticis apice fuscis; coxis posticis rarius basi nigris.

Var. γ.—Niger, ore, orbitaque rufescentibus; pedibus rufo-testaceis, posticorum geniculis tarsisque fuscis.

Rogas ater. *Curt. Br. Ent.* 512. No. 1.

Var. δ.—Orbita postica vix rufescente; reliqua *Var. γ.*

Rogas prærogator. *N. ab E. Monogr.* I. 219. No. 27.

Bracon id. ———— *Berl. Mag.* V. 33. No. 52.
(*Synon. demt.*)

Var. ε.—Niger, ore, orbita, prothoracis lituris, lineola sub scutello, abdominis segmenti 1^{mi}. lateribus et apice, 2^{do}. toto, 3^{tii}. basi, pedibusque rufis.

Variat insuper (Spinola teste) abdominis dorso postice rubescente, vel etiam abdomine toto rubro.

Habitat Italiam, Germaniam, *Auctt.*—Angliam, Scotiam, Hiberniam, minus frequens: in arenis maritimis ut plurimum mihi obvius.

Sp. 31. *R. testaceus.* *Colore mutabilis, pectore semper testaceo; pedibus pallide testaceis, vel fusco-annulatis.* (Long. corp. 2 $\frac{1}{4}$ —3 $\frac{1}{4}$; alar. 4—6 lin.)

Rogas testaceus. *N. ab E. Monogr.* I. 215. No. 24.

Bracon id. ———— *Berl. Mag.* V. 34. No. 53. Tab.
II. Fig. 9.

Id. id. *Spin. Ins. Lig.* II. 131. No. 20.

Bassus id. *Fabr. S. P.* 101. No. 31.

*Ichneumon id. *Fabr. E. S. Suppl.* 228. No. 189.

R. circumscriptus. *N. ab E. Monogr.* I. 216. No. 25.

- Var. a.* R. ochraceus. . *Curt. Br. Ent.* 512. No. 4.
Var. η. R. similis . . . ————— No. 6.
Var. γ. R. subucola. . . ————— No. 5.
Var. θ. R. spathuliformis. ————— No. 11.

Recedit hic nonnil a reliquis (transitum in *Clinocentros* parans,) antennarum articulis paucioribus, nec tam arete contiguis, palpis brevioribus, pedibus gracilibus, alis amplis, stigmatē crassiore, areola disci antica parum remota, cubitali media longiore. Sunt vero valde inconstantes magnitudine, colore et forma, namque exemplaria majora, longiora, metathorace subcylindrico, antennarum articulis pluribus, *R. testaceum* N. ab E. exhibent; minora vero, metathorace rotundato-declivi, antennis brevioribus, articulis paucioribus, *R. circumscriptum* ejusdem quæ tamen sensim confunduntur nec colorum legem qualem ille expressit servant.

Antennæ corporis longitudine vel paulo breviores, 33—48-articulatæ: metathorax punctulatus, lineola elevata tenui: abdomen basi nonnil attenuatum, antrorsum subtilissime striolatum, postice lævigatum: alæ latiores unde plura discrimina a congeneribus oriuntur; præsertim vero alæ posticæ areolæ brachiales latiores, nervus recurrens disci distinctus.

Var. a.—Flavo-testaceus, antennis apice punctoque verticis tantum fuscis; pedibus pallidioribus; stigmatē concolore.

Var. β.—Flavo-testaceus, stigmatē fusco basi puncto pallido.

Var. γ.—Testaceus metathorace abdominisque segmento 1^{mo}. fuscis; stigmatē flavo-testaceo immaculato, vel litura subfusca.

Var. δ.—Segmenti 2^{di}. lateribus insuper fusco-limbatis.

Var. ε.—Metathorace, abdominis basi, limbo et apice fuscis.

Var. ζ.—Verticis medio, thoracis antici lituris fuscis; reliquæ ut in *Var. γ.*

Var. η.—Segmente 2^{di}. limbo laterali insuper fuscescente.

Var. θ.—Fuscus, ore, orbita, thoracis antici lineis, scutelli apice, pectore, abdominis plagâ oblongâ mediâ, pedibusque testaceis.

Var. ι.—Femoribus posticis extrorsum late fuscis, nonnunquam mediorum et tibiæ posticarum apice fuscescente; reliqua ut ζ.

Var. κ.—Pedes ut in *Var. ι.*, reliqua θ.

Habitat passim per Europam; in Hibernia obvius per æstatem totam et usque in finem Octobris: nusquam frequentiores vidi quam indumentis rupestribus ad litora insulæ Sciaë, Augusto mense.

SECT. AA.—*Areola cubitali media brevis trapeziformi.*

Sp. 32. R. dispar. Fem. *Rufus capite, thorace antice, abdomine postice nigricantibus; antennis tricoloribus; alis cinereis lineola hyalina.* Mas. *Testaceus, thoracis lituris abdominisque dorso subfuscis; antennis gracillimis; alis glauco-hyalinis.* (Long. corp. 3; alar. 5 lin.)

Rogas dispar. *Curtis, Br. Ent. 512. No. 10.*

Statura gracilis corpus *feminæ* totum fere punctis elevatis scabrum et opacum: caput solito minus oblatum fronte protuberante: antennæ corpore paulo breviores quam in reliquis validiores fere ad $\frac{1}{2}$ longitudinis rufæ, deinde fuscæ, articulis 15^{mo}.—19^{no}. albis: mandibulæ ferrugineæ; palpi albidi basi fuscis: thorax antice cum scutello nigricans: mesothoracis sulculi obliterate: metathorax cylindricus et prope foramen apicale denticulo minuto auctus, rufus: abdomen a basi angusta in apicem segmenti 3^{ti} recta dilatatum tum reliqua sub hujus margine retracta, apiculam parvam rotundam membranaceam tantum exhibentia: segmenta 2 anteriora rufa, lineâ mediâ elevatâ, punctato-rugulosa: 3^{tium}. confertim punctatum nigrum: pedes quam in præcedente parum validiores, rufescentes, femoribus apice fuscis, trochanteribus omnibus et coxis anterioribus, posticis modo subtus, pallidis: alæ anticæ fusco-cinereæ stigmatibus flavo apice fusco, nervis nonnullis areæ cubitalis lineolâ hyalinâ signatis sub stigmatibus alæ posticæ subhyalinæ.

Mas longior; caput latius, fronte non protuberante: antennæ corpore fere longiores, graciliores quam in ullo alio ex *Ichneumonidis*, fuscæ basi rufescentes: capitis thoracisque sculptura multo subtilior quam *feminæ*: color testaceo fuscoque mixtus: metathorax et abdominis dorsum fusca: abdomen angustum lineare: segmentum 1^{um}, basi sensim attenuatum 2^{dum}, et 3^{tium}, subtiliter rugulosa, linea media elevata tenui: 4^{tum}, 3^{io}. dimidio brevius confertim punctatum; reliqua fere retracta lævia: pedes prælongi et gracillimi, pallide testacei unguibus crassiusculis fuscis: alæ glauco-hyalinæ radice et squamulis ferrugineis, stigmatibus flavo apice infuscato fascia pallida sub stigmatibus; areolæ alarum satis conveniunt in utroque sexu stigma quam reliquis tenuius: cubiti abscissa 1^{ma}, 2^{da}, longior, quod valde insolitum: areola cubitalis 2^{da}, brevis trapeziformis, antorsum valde attenuata nervo anteriore interioris longitudinem vix æquante: cubitalis 3^{ta}, prælonga; antica disci parum remota:

areolæ posteriores angustiores brachiales solito minus elongata: alæ posticæ brachialis vix $\frac{1}{2}$ anterioris longitudine, nervus recurrens manifestus.

Habitat in pinetis Hiberniæ borealis et Scotiæ, Augusto mense at infrequens.—Etiam in Anglia lectus. *J. C. Dale.*

Supersunt tres species Europæ septentrionalis incolæ, sed intra fines Britanniæ hactenus non inventæ quantum mihi innotuit. 1. *R. dissector*, N. ab E. Mon. I. 208, No. 11.—2. *R. signatus*, ibid. 210, No. 15, qui forsitan inter varietates *R. bicoloris* annumerandus erit.—3. *R. Zygonæ*, ibid. 210, No. 14, a varietate nigra ejusdem ut videtur sculpturâ longe subtiliore discrepans.—Species reliquæ Cisalpinæ sunt neque sperandæ sub nostro cælo. 4. *R. reticulator*, ibid. 211, No. 17.—5. *R. cruentus*, ibid. 212, No. 19.—6. *Bracon coxalis*, Spinola, Ins. Lig. II. 126, No. 17.—7. *Br. uncinatus*, ibid. 130, No. 19.—8. *Br. dimidiatus*, ibid. 123, No. 15, qui nostro *R. dispari* affinis videtur.

Rogas luteus, N. ab E. Mon. I. 218, No. 26, propter sculpturam thoracis et incisuram abdominis 2^dam, imperfectam dubius est etiam *Bracon bifasciatus*, Spin. Ins. Lig. II. 125, No. 16, pulchra species post Spinolam nemini visa, pro *Rogade* genuino vix accipi potest ob terebram longiorem.

Subgen. XII.—ADEMON.

Areolæ cubitales tres; radialis apice incompleta; stigma tenuissimum: alæ posticæ nervus recurrens disci nullus. Abdomen sessile oblongo-lanceolatum segmentis 2^{do}. et 3^{io}. discretis, posterioribus brevissimis, terebra recondita, antennæ pedesque gracillimi, feminæ unguis elongati.

Ademon *A. H. H. Ent. Mag.* I. 266.

Rogas, Sectio III. decrescentes, N. ab E. *Act. Acad.* IX.

————— *Monogr.* I. 220.

*Bracon, Fam. III. Heterocl. A. ——— *Berl. Mag.* V. 34.

Sp. 33. R. A. decrescens. *Abdominis segmento 3^{io}. transversim carinato.* (Long. corp. 1—1 $\frac{3}{4}$; alar. 2 $\frac{1}{2}$ —3 $\frac{1}{2}$ lin.)

Rogas decrescens, N. ab E. *Monogr.* I. 220, No. 28.

*Bracon id. ——— *Berl. Mag.* V. 35, No. 55.

Rogadibus Genuinis statura satis similis. Caput transversum, latitudine thoracis, rugosum, occipite lato hujus et genarum finibus acute prominulis; oculi prominuli: antennæ corpore breviores,

21—27-articulatæ flagelli articulis interioribus prælongis, exterioribus cito decrescentibus : articulus ultimus penultimo non longior, 3^{tus}. quatuor ultimis æqualis. Oris partes fere quales in Subgenere præcedente : palpi paulo breviores, maxillarum articulus 4^{tus}. ratione reliquorum magis elongatus ; labialium articuli exteriores ovati, decrescentes. Thorax oblongus scabriculus, collari brevi porcato ; mesothoracis lobo medio canaliculato et utrinque carinula seu plica elevata antrorsum angulata instructo ; fovea porcata scutelli basin sejungente ; metathorace truncato, crasse rugoso-reticulato : abdomen *feminæ* subconvexum, oblongo-ovatum, segmentis 1^{mo}. 2^{do}. longitudine paribus sed antrorsum attenuatis, dense punctato-scabris ; 3^{tium}. 2^{do}. duplo brevius, punctatum margine postico lævi depresso carinulam transversam fingente, 2^{dum}. a 3^{tio}. linea arcuata profunde impressa sejunctum : reliqua brevia lineari-transversa, lævia vel 4^{tum}. basi punctulatum ; ultimum minutum conicum terebra recondita : pedes prælongi et graciles unguibus in *femina* elongatis : alæ angustæ, stigmatate tenuissimo cuneiformi, cubitum ultra medium excipiente : nervus recurrens apici areolæ cubitalis 1^{mæ}. insertus : cubitalis 2^{dæ}. nervus anterior interiore non longior : nervi longitudinales ante marginem alæ evanescent, ideoque areola radialis apice incompleta est ; brachialis posterior anteriore parum longior : alæ posticæ perangustæ nervo disci recurrente nullo, areola brachiale posteriore $\frac{1}{3}$ anterioris longitudine.—*Maris* sculptura sæpe subtilior, abdomen subdepressum, longius, segmentis posterioribus minus abbreviatis, 3^{tio}. que læviore.

Variat quam maxime coloribus, ut varietates terminis nullis nec numero compescendæ sint. Commemorabo insigniores in serie duplici.

—1°. Alæ fumatæ stigmatate nervisque fuscis : corpus nigrum abdomine postice nonnunquam piceo ;—*mares, feminæque*.

Var. a.—Pedes nigro-fusci trochanteribus dilutioribus aut flavis, in aliis insuper tibiæ et tarsorum basi dilutius fuscis.

Var. β.—Coxæ femora et tibiæ basi fusco-ferrugineæ ; vel pedes ferruginosi, tibiis tarsisque apice fuscis.

Var. γ.—Prothoracis macula laterali rufa ; reliqua *Var. a.*

—2°. Alæ flavicantes basi et apice subfuscæ, stigmatate flavo, nervis extrorsum depallescentibus. — Nullus *mas* in hac serie mihi obvisus fuit.

Var. δ.—Niger prothorace rufo, segmentorum 3^{tii}. 4^{ti}. margine postico et sequentibus piceis : pedes nigro-fusci trochanteribus flavis, tibiis basi, tarsis fere totis ferrugineis.

Var. ε.—Niger, thorace antice abdominis segmento 4^{to}. et sequentibus rufis, femora nigro-fusca, tibiæ fuscæ, coxæ tarsique fere toti ferruginei, femora apice et tibiæ basi flavæ, in aliis litura rufa occipitis et alia sub antennis.

Var. ζ.—Rufus, vertice, metathorace, abdominis segmento 1^{mo}. nigris: antennæ nigræ: pedes fusci, coxis, femorum apice, tibiærum basi tarsisque late flavo-testaceis; trochanteribus flavis,—in aliis metathorax et segmentum 1^{mm}. tantum medio infuscata sunt,—in aliis color abdominis pedumque magis flavo-testaceus, femorum posteriorum ima basi, tibiis tarsisque apice fuscis.

His omnibus alarum radix et squamulæ rufæ sunt puncto nigro.

Habitat Italiam Germaniam, N. ab E.—Angliam, Hiberniam, Ebrides Insulas.—In Anglia rarior esse videtur quum inter collectanea ditissima *F. Walkerii* nonnisi unicum exemplar obvium erat.—In Hibernia deprehendi fere gregarium per margines fluviorum plantis aquaticis insidentem.

Adnot.—Altera species *R. mutator*, N. ab E. Monogr. I. 221. No. 29. mihi invisâ Germaniam habitat.

Explicit Genus Rogas.^b

ART. XII.—*Some Scraps by the Author of the Delta Letters.*

THE early historians of the conquest, or rather the destruction of America, present us but too often with little, save details of horrid atrocities committed on those harmless, innocent lambs (as the truly excellent Bishop of Chiassa calls them) the native Americans. How heart-rending are these details!

The hand that mingled in the meal,
At midnight drew the felon steel,
And gave the host's kind breast to feel
 Meed for his hospitality.

The friendly hearth which warmed that hand,
At midnight armed it with the brand
That bade destruction's flames expand
 Their red and fearful blazonry.

Then woman's shriek was heard in vain;
Nor infancy's unpitied plain,
More than the warrior's groan, could gain
 Respite from ruthless butchery.

^b The characters of the Subgenus *Heterospilus*, which should be in connexion with the foot-note in page 47, have been misplaced in printing.